

Pius PP. VII.

ARCHIVES / D.
S. M. 12

Dilecte Filij salutem et Apostolicam Benedictionem. - Ex iis quæ
Nobis, una cum duobus sociis tuis, exposuisti, cognoscere potuimus
egregium certè esse scopum, quo tendit illa, de qua loqueris, Institu-
tio, proptereaque non possumus, quin hoc animi tui propositum,
vehementer in Domino commendemus. Iudicium tamen de ea ferre,
multoque minus eam Nostra possumus auctoritate roborare, nisi
antea, acceptam societatem illam Ordinarius Locorum, præcipuè
autem Diæcesis istius, ut asperitur, esse, authenticis documentis
Nobis probetur, et ipsius Societatis Regulæ nostro subjiciantur
examinari. Ad hoc facilius exequendum, expedire fortasse posset, ut
Tu, aut aliquis e sociis tuis, de tota hac re, cum Parisiensi Nuntio
Nostro conferret, ut ipse deinde ad Nos de hoc negotio referat.
Itac ad tuas litteras, die 25. Ianuarii datas, rescribimus, et cum
paterna charitate Tibi Apostolicam Benedictionem impertimus.

Datum Roma apud S. Mariam Majorem die 9. Martii Anni 1822. = ~
Pontificatus Nostri Anno XXII

R. Marjo
Hmè Pni ab epistolis latinis